



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 6. Synodus septima in Francia non multum nota.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

senso extiterit, ex alia provincia Judi- Sæculum IX.
ces advocare possum. Si actionem moveas A. C. 870.
adversus Episcopum alterius provinciæ,
& causa in mea provincia definienda sit,
meum est Judices constituere. Meum est
cum meis Suffraganeis Quæstiones dif-
ficiles decidere, nec quosquam alios, ne
quidem Papam adire tibi licet; meum
enim erit, Papam consulere, si ad solven-
dum dubium tuum fuerit necessarium. Si
cogaris propter propria negotia longius
iter suscipere, licentiam a me petas. Non
licet tibi e provincia sine literis meis
exire, nec Clericum sine meo consensu ad
Regiam mittere.

In iis vero, quæ Canones definierunt,
non expectato Synodi tempore te corrige-
re mibi licet. (*)

§. VI.

Synodus septima in Francia non mul-
tum cognita.

In eodem Opere Hincmarus, cum Con- C. 20. p. 456.
cilia Generalia enumerat, tantummo-
do sex affert, & de septimo loquitur in
hunc modum: *Falsum Concilium Uni-
versale a Græcis septimum dictum agit*

H h 2

de

(*) Quæ hodieque observentur, quæve ex-
oleverint, præsertim in Germania, ubi Episco-
pi Principatu terreno gaudent, Lector rerum
altarum studiosus facile dispiciet.

Sæculum IX. de imaginibus, quas alii destruendas, alii
A. C. 870. adorandas esse contendebant, tam bi quam
illi a veritate aberrantes. Celebratum
est Constantinopoli haud diu ante nostram
ætatem sine Sacrae Sedis auctoritate, at
que Acta Romam, postea etiam a Papa in
Franciam transmissa. Hinc, Impero-
tore Carolo Magno regnante, in Francia,
jubente Papa, Concilium Generale habi-
tum, in quo Concilium Græcorum rej-
ctum, & ex Scriptura & Traditione re-
futatum. Ex argumentis contra illud
Concilium pugnantibus amplissimum vo-
lumen conscriptum est, ab Imperatore
per quosdam Episcopos Romanum missum,
quod ego cum vix ex pueris excessissimum
in Palatio legi. Satis liquet, hic sermo-
nem esse Hincmaro de Libris Carolini,
nec quidquam de illo Concilio nisi ex
his libris ad ejus notitiam pervenisse.
At vero obstupescendi locus est,
istud Concilium anno 787. celebratum
adhucdum anno 870. ab Episcopo, quo
nullus in Francia doctior, vix aliquatenus cognitum fuisse.

§. VII.

Hadriani II. Legati in Francia.

Ann. Fuld. 870. Legati Hadriani Papæ & Ludovicilme-
870. peratoris primum se in Germaniam
Sup. n. I. contulerunt ad Regem Ludovicum eius
patruum, qui advenientes Aquisgrani in
con-